Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



69

dicere. Honorare omnes homines. et quod sibi qs fieri nõ vult
alij nõ faciat. abnegare semetipsũ sibi. ut sequatur xpũ.
Corpus castigare. delicias nõ amplecti. ieiunia amare.
pauperes recreare. nudũ vestire. infirmũ visitare. mortu
um sepelire. in tribulatione subuenire. dolentẽ cõsolari. a
seculi actibus se facere alienũ. nichil amori xpi ꝑponere. Iram
nõ facere. in ira diu tempus nõ reseruare. dolũ in corde nõ
tenere. pacẽ falsam nõ dare. caritatẽ nõ derelinquere. Nõ
iurare ne forte periuret. veritatẽ de corde et ore proferre. malũ
pro malo nõ reddere. iniuriã nõ facere. sed et iniuriã patienter
sustinere. inimicos diligere. maledicentes se nõ remaledicere.
sed magis benedicere. persecutionẽ ꝓter iustitiã sustinere.
Nõ esse superbũ. nõ violentũ. non multũ edere. nõ som
nolentũ. nõ pigrum. nõ murmurosũ. nõ detractorem.
Spem suam deo cõmittere. bonũ aliquod in se si viderit. deo
applicet nõ sibi. malũ vero semper sibi ascribat. et sibi reputet.
Diem iudicij timere. gehennam expauescere. vitam et
iam si cõcupiscentia spiritualis desiderare. mortẽ cotidie
ante oculos suspectã habere. Actus vite sue omni hora cus
todire. in omni loco deũ se respicere pro certo scire. Cogitationes
malas cordi suo aduenientes. mox ad xpũ allidere. et seni
ori spirituali patefacere. Os suũ a malo vel prauo eloquio
custodire. multũ loqui nõ amare. verba vana aut risui ap
ta nõ loqui. risum multum aut cachinnũ nõ amare. lectiones
sanctas libenter audire. orationi frequentẽ incumbere. mala
sua preterita cum lacrimis vel gemitu. cotidie deo in oratione con
fitere. de ipsis malis de cetero emendare. desideria carnis nõ
facere. voluntatẽ ꝓpriã odire. Iuxta abbatis iussa omnib

Diuisio